Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Capvt Tertivm et Qvartvm

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

CAPUT TERIUM ET QUARTUM

Capite 3 Aristoteles divisa enunciatione simplici gura tim sumpta in Absolutam et Modalem multa tractat de modalium oppositione et aequipollentia quae cum a Fon. satis explicentur l. 3. a. c. 9. usque ad 14. a nobis omittuntur.

Capite ultimo Aristoteles Choronidis loco quaerit utrum affirmationi magis contraria sit negatio quae ut huic; Omnis homo est iustus; ista; Nullus homo est iustus an potius affirmatio alicuius contrarii de eodem subiecto ut haec Omnis homo est iniustus. Accipit autem contraria late pro iis quae sunt quod opposita, ac priusquam dissolvat quaestionem in vocalibus enunciationibus eandem pertractat in opinionibus intelligens nomine opinionum mentales enunciationes quas probat in vocalibus magis inter se contrarias esse si earum altera de eodem subiecto neget idem praedicatum quod in altera affirmatur quam si affirmet praedicatum prioris enunciationis praedicato contrarium sive oppositum hae enim non nisi per accidens, haec vero est beneficio alicuius negationis inclusae prioribus esse contrarias. Creare huic opinioni: Omne bonum est bonum per se contrariam esse docet hanc. Nullum bonum est bonum per accidens vero istam: Omne bonum est malum. Pari

riaē in primo exemplo affirmaōi Ōis homo ē iustꝰ, po
tiꝰ opponitur ꝑ istꝰ negaō: Nullꝰ homo ē iustꝰ quam
affirmaō ꝯtrarij Ōis homo ē iniustꝰ. Ex qua doctri
na ꝯcludit Arist. etiam vocalibꝰ enunciaōib. affirma
tiua negaōem magis q̄ua affirmaōem ꝯtrarij opponi.
eo quod voces sint signa ꝑxima et immediata eorū
q̄ sunt in mente iuxta doctrinā. c. 1. l. 1 agb. ꝑinde
quoad veritatē et falsitatem et ꝯsequenter quoad oppo
sitionē seu ꝯtrarietatē etiā dependent. Ex quib.
Deniq̄ patet quā vere initio horū librorū enunci
ationem vocaverimꝰ ex Arist. instituto, horū librorū subiectum
statuerimꝰ. Sed tempꝰ est, ut tandem a par
tibꝰ ad totum, h. e. a noībꝰ et enunciaōibꝰ, ad syllos
q̄ ex ipsis componuntur Deo coeptum cursum
foeliciter ꝯsequente accedamꝰ.

explicitunt libri de Interpreta-
tione.